

R. de in Christo Pater
P. C.

300 272

Accepi ante duos circiter menses, quas R. V. ad me dedit post
reditum nostrum ex provincijs Austria Interioris in hanc urbem,
significavitq, quam ratione, et quo fructu seu effectu,
ex mandato Sua Sanctitatis, visitatum fuerit Romanum
Collegium, et Conventus S. Andrea; quanta etiam diffi-
cultates mox inde fuerint secuta tam in dimissione multarum
personarum dicti Collegij ad alia domicilia Societatis, quam in
sustentatione illarum, quae ibidem remanserunt. Distuli
hactenus responsum partim arthritide impeditus, partim etiam
quod cuperem R. V. aliquid certi scribere de subsidio pro suo
Amannenti. Jam ergo, postquam dextra manus rursus facta
est expeditior ad tractandum calamum, satisfacis meo debito,
et significo, me habere à Ser. Archiduce pro R. V. florenos
Rhenenses, 150, ut ex ijs det tuo Amannenti quotquot placuerit,
ubi eos acceperit. Laboro nunc in modo eos transmittendi,
et vix invenio aliam viam, quam per cambium, mihi R. V. alia
occurrat, velitq, mihi eam quamprimum suggerere; quem in
finem praestolabor ad has responsum. ac interea me S. R. V. sacrificijs
commendo.. Vienna 29 Jan. 1661.

R. V.

Seruus in Christo

Joannes Schega

Comes

2

Reverendo Patri in Christo,
S. Athanasio Kircher
Societatis Jesu

A

